



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Art. III. Quæ sint Papæ reservatæ extra Bullam Cœnæ?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

omnes, quas ferunt Episcopi per propria statuta
& sibi reservant: quas Confessarii videat in Agēdis.

ARTICULUS III.

Quae sint Papa reservatae extra Bullam Cæna?

Resp. I. *Contra omnes* magis obviæ sunt sequētes. 1. In incēdiarios. 2. In habentes literas Apostolicas falsas, & non destruentes: item in falsarios literarum Apostolicarum. 3. In effringentes & spoliantes Ecclesias. 4. In communicantes eodē crimine cum excommunicatis à Papa. 5. In vexantes eos, qui censurā in alios tulerunt. 6. In absolutos ab excommunicatione, sub conditione, & non implentes. 7. In violantes interdictum Papale. 8. In dantes & recipientes aliquid ex pacto, ob admissionē ad religionem. 9. In Simoniacos reales, circa ordinem vel beneficium. 10. In committentes simoniam confidentialem. 11. In Impedientes executionem literarum sacre pœnitentiariæ. 12. In dantes recipientes aliquid, pro gratia, aut justitia, apud Sedem Apostolicam. 13. In committentes duellum, & ad id operantes, suadendo, &c. 14. In mulieres ingredientiæ Monasteria Regularium. 15. In impugnantes institutum Societatis JESU. 16. In facientes jurare illicita & contraria libertati Ecclesiasticæ. 17. In rapientes bona Ecclesiastica, item exigentes tributa ab Ecclesiasticis. 18. Violantes libertatem Ecclesiasticam, quoad fugiētes ad Ecclesiam. 19. Docentes posse fieri confessionē

in absentia. 20. In eos, qui alterutram opinionem de Conceptione B. Virginis, damnant peccati mortalis, vel hæreseos; item in eos, qui in concionibus, aliisque publicis actibus, ut lectionibus, conclusionibus, asserunt B. Virginem conceptam in originali. 21. In Percussores Clericorum. Quæ cum celebris sit, & multa scitu necessaria habeat, agetur de ea peculiariter infra.

Resp. II. *Contra Clericos & Religiosos* sunt hæc.

1. Participantes in sacris cum excommunicatis à Papa.
2. Procurantes alienationem Ecclesiarum.
3. In Concionatores, qui scripturæ sensum à Doctorum interpretatione alienum, circa tempus Antichristi, & extremi iudicii, aliaque similia revelata prædicant.
4. In Parochos non implentes iuramentum de residentia factum.
5. In Mendicantes transuentes ad alium ordinem, præter Carthusiam.
6. In moniales exeuntes claustra sine licentia.
7. In religiosos, qui sine privilegio, vel speciali licentia Parochi, Clericis aut Laicis Sacramentum Eucharistiæ, vel unctionis ministrare, vel matrimonia solemnizare præsumunt,

•••) o (•••

ARTI-